



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK  
IN WIEN

150660-B

ALT-





**150660-B**

Digitized by Google



137. E. 130.

RACEMATIONUM TREUTLE-  
RIANARUM EXTRAORDINARIA  
DE  
RERUM DIVISIONE,  
ET ADQUIRENDO EA-  
RUM DOMINIO.

Qua intricata methodus & materia  
Tit. 1. lib. 2. Instit. evolvitur.

*Divino implorato auxilio.*


PRÆSIDE  
VIRO

CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO  
DN. JOH. OTTONE TABORE, J.U.D.  
ET IN INCLYTA ARGENTORATEN-  
sium Universitate P.P. Dn Præceptore æter-  
nùm.colendo,

*Publicæ eruditorum examinationi exposita*

JOHANNE WILHELMO Schmück/  
Babenhufa - Hanoico.


*Habebitur die Septemb. In Auditorio Majori.*



ARGENTINÆ  
*Typis JOHANNIS REPPHII.*

ANNO M. DC. XXXV.

Digitized by Google



**ILLUSTRIBUS AC GE-**

**NEROSISSIMIS DOMINIS,**

**DN. FRIDERICO CASMIRO,**

**DN. JOHANNI PHILIPPO,**

**DN. JOHANNI REINHARDO,**

Perillustris ac Generosissimi Comitis in Hanaw & Zwenbrücken/  
Domini in Liechtenberg / Bitsch & Ochsenstein &c. Marefchalli  
Hæreditarii & Advocati Argentinenfis, Domini sui Clemen-

tissimi, **FILEIS, FRATRIBUS GERMANIS,**

Comitibus in Hanaw &c. **DNN. suis**

clementibus.

**U T E T**

**Ejusdem Generositatis CONSILIARIIS,**

**V I R I S**

**Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis, consilio, & autho-**  
**ritate gravissimis, multoque rerum usu**

**experientissimis;**

**DN. BERNHARDO FRIDERICO Pechtern / Archi-**  
**præfecto, eminentissimo.**

**DN. LAURENTIO SERMINGERO, J. U. D. celeberrimo,**  
**Com. Palat. Cæsar. & Advocato gravissimo.**

**DN. JOH. GEORGIO CLANDORFF, J. U. D. clarissimo.**

**DN. GEORGIO ENGELHARDO Steinheil / Aerarii P.**  
**C. ab Hanaw &c. præfecto integerrimo.**

**DN. JOH. NICOLAO BREITTENACCERO, viro pru-**  
**dentissimo.**

**DN. GEORGIO ORTHIO, m. d. Generos. grammatophyla-**  
**cii à secretioribus.**

**DNN. Mœcenatibus, Evergetis, Patronis**

**& Fautoribus**

*Hoc Legale & Academicum exercitium in signum Humilissima subje-*  
*ctionis debitaq; observantia pignus inscribit & vovet,*

**Johannes Wilhelmus Schmück.**



T H E S I S I.



Es (a) in jure considerantur præcipuè quatenus personæ, vel in illis (b) vel ad illas jus habent: Quod utrumque jus, quia diversimodè pro rerum differentiis acquiritur: idè præmittuntur earum divisiones, & subsequuntur acquirendi modi: Summa (c) rerum divisio hæc est, quod vel in patrimonio nostro, hoc est, privatorum seu singulorum sunt, vel extra illud: Extra patrimonium singulorum res quædam sunt, vel quia communes sunt multis, ut singulorum seorsim esse nequeant, vel quia nullius planè hominis sunt. (d) Res communes quædam sunt omnibus hominibus, communes in specie: (e) quædam alicui præcipuè populo, publicæ in specie: (f) vel Universitati cuiuspiam, Res Universitatis dictæ: (g) simpliciter & absolutè nullius sunt, res divini juris, uti sunt sacræ (h) religiosæ (i) & sanctæ. (k)

(a) Vocabulum REI adèd πολύσημον est, ut etiam vocabulum transcendens appelletur, utpote quod ad omne Ens & non ENS referri queat. *l. Rei appellatio. §. 23. 72. D. de V. S. ibique Alciatus, Brechtus. l. 1. in fin. D. si certum petatur: Lexicogr. passim. Dn. Besold. in Dissertat. juridic. polit. de iure & Divisione rerum. cap. 1. nu. 2. Matth. Steph. in ad d. l. 5. & 23. Petr. Gilken in enucleat. h. t. n. 2. & alii: Hinc tam corporalia quàm in corporalia complectitur, & ad omnem obligationem contractumque pertinet. Hinc æquitatem, necessitatem, aliquando & veritatem significat: hinc pro iudicio & sententia: pro negotio, & pro ipsius quoque rei æstimatione, proque eo, quod interest, accipitur. Homines quoque appellatione REI contineri, dubium non est *l. omnia, quæ 32. D. de Legatis 2. Unde considerandi mōdus merito hîc annotatur. (b) Bichov. h. lit. a. In h. pr. n. 1. L. Molin. tom. 1. de iustit. & l. tr. 2. diss. Circa rerum enim Dominia, quibus jus in re quæritur, & obligationes, quibus jus ad rem nanciscimur, omnis**



quæstio juris, quod quidem ad res pertinet, versatur. *l. ult. de LL. We-*  
*sembec. in Oeconom. lib. 2. Instit. & in comm. ib.* (c) Jus in retradi-  
 tur quadruplex, Dominium, servitus, Possessio & Pignus. *Suthol. diff.*  
*4. th. 3. Bacchoy. 1. de Action. th. 14.* (rectius saltem, quam vel Treutl.  
 cum affectis Dominium proprietatis, servitutis, &c. vel Bocer. Pos-  
 sessionis & *Juris cl. 4. D. 2. th. 3.* vel Bald. & Boërius ab Heringo *de*  
*Molend. q. 13. n. 3.* allegati, dominium venditionis, dispositionis, ple-  
 næ possessionis ac fructuionis statuunt. Cùm ita nominis *πολυσημα-*  
*σια*, potius quam res ipsa distinguatur, *Gisan. ad §. 11. h. t. conf. Dn. D.*  
*Locam. Exer. Novo-Justinian. 5. th. 8.*) Quemadmodum etiam triplex  
 vindicatio enarratur, proprietatis, servitutis & pignoris. *Wesemb.*  
*parat. de R. V. n. 6.* Dominium est tale jus in re, quo res ipsa cujusq;  
 est propria *Tim. Faber. disp. 12. th. 1.* & à causâ efficitur in civile & Præ-  
 torium, ab effectu in plenum (quod nihil aliud est, quam proprietates rer-  
 rum cum usufructu conjuncta. *l. Lulianus 17. f. D. de R. V. l. si tibi fundi 17.*  
*D. Quib. mod. usufr. amitt. l. si ita. 126. §. Titius à Mævio. 1. D. de V. Obl.)* &  
 minus plenum (quod est nuda proprietates absq; jure utendi fruendi. *l. si*  
*cujus 13. §. Proprietatis dominus 6. l. Dominus 57. §. Per fideicommissum. 1.*  
*D. de V. usufr. quæquam eâ voce etiam dominium ipsum denotetur.)* Item-  
 que in directum & utile. *Tim. Fab. d. disp. coroll. 1. G. Frantz. tr. de Lau-*  
*dem. cap. 14. n. 6. & seqq. dividitur conf. Bacchoy. 2. disp. de Action. th. 10.*  
*C. A. h. th. 5.* (d) Hæ absolutè & simpliciter, illæ secundum  
 quid, & certo modo nullius in bonis esse dicuntur. *Bacchoy. h. lit. a.*  
*Sutholt. Dissert. 4. th. 11. Consil. Hottom. ad §. 1. h. n. 2.* Neq; v. cum Treut-  
 lero exaudiendus est I C T U S in *d. l. summa. 1. D. de R. D. vers. Quod hu-*  
*mani juris &c.* ita, quasi res publicas & communes, ad res quæ in bo-  
 nis aut patrimonio sunt, referat; esset enim difertè contra Imperat.  
*h. t.* Imò contra mentem ipsius Jureconsulti, qui paulò post publi-  
 cas res in bonis esse negat: in *d.* autem vers. eum ad alteram tantùm  
 speciem rerum humani juris, quæ singulorum hominum sunt, res-  
 piciere, exemplum subjeetum ostendit: ut & ipsa distinguendi ra-  
 tio, ab actu & potentia petita. *C. A. h. th. 37.* Forsan etiam interest  
 num dicamus, aliquid nullius hominis in bonis esse, & nullius pri-  
 vati in bonis esse; ut priori respectu, res publicæ sint in bonis ali-  
 cujus, scilicet populi, posteriori non item. (e) Ut mare, quod à  
 primis Romani Imper. temporibus usque ad Justinianum Jurisg. fuit,  
 nec à populis occupatū: ne quidem quod ad jus piscandi attinet *H.*  
*Grotius 2. de Jure belli c. 3. n. 9.* postea v. etiam ad exemplū ipsorum  
 fluminum, ab iis qui terras ad utrumque latus possident, occupa-  
 tum.

*Utrum. Idem n. 8. vide tr. de Mari libero, ejusd. G. Schultz. in not. ad hunc tit. lit. a. (f) arg. l. Vfusapionem 9. D. de Vfusapion. ibi, publicis populis Romani Diff. male Bacchov. h. lit. g. fumitur tamen vocabulum hoc aliquando generalius, ut communia comprehendat. l. Quod in littore 14. D. de A. R. D. C. A. h. r. th. 21. & seqq. Differt autem ab illis non solum amplitudine sed & effectu: quia communia occupando nostra facimus. l. Quod in littore. 14. D. de A. R. D. l. 6. h. l. praescriptio 45. D. de Vfusapion. Publica non item; praeterq. ripas. §. 4. h. & l. 5. h. C. A. h. th. 33. & in tit. de Fluminibus th. 3. Hering. tr. de Molend. qq. 13. sed saltem usum eorum juxta cum omnibus habemus communem (Bacchov. §. 2. h. n. 3. Vbi tamen ab hac distinguendi ratione non satis probe dissentit; cum eandem ipse Imperator pr. hic. vers. Quaedam enim & c. & ICeus in l. Quaedam naturali jure. 2. & l. In tantum 6. §. Vniversitatis sunt. 1. h. suggerat.) Hujusmodi sunt portus, & flumina quorum proprietatem nullius esse dicit, Tr. usum omnium de populo cujus fines alluit, ita enim accipiendus est h. th. 1. lit. g. Alii flumina hodie in dominio & patrimonio Principis esse contendunt, per cap. unic. qua sint regalia. Schneidvv. ad §. flumina n. 7. h. & alii citati a Bapt. Aymolib. 1. de alluvion. cap. 9. §. 2. n. 2: alii usum eorum communem: proprietatem publicam, seu ad populum loci spectare, jurisdictionem autem Magistratus esse, qui ideò delicta in flumine commissa per suos ulcisci soleat. G. Schönborn 9. polit. c. 9. Nos jure Romano proprietatem populi esse contendimus: arg. l. Quod in littore 14. Ibi Publica quae in patrimonio populi D. de A. R. D. Usus omnium de populo Bocer. clas. 4. disp. 1. th. 26. An omnium omninò hominum? Ita colligit Bacchov. hic. quia in flumine omnibus piscari §. 2. h. & cuilibet navigare. l. Riparum 5. h. liceat. l. Fluminum 24. D. de Damno inf. Borch. ad d. §. 2. n. 5. Schneidvv. n. 1. & 2. Arumæ. Exercit. 4. th. 4. Cum Treutlero, qui usum ad omnes de populo illo certo fac. l. 30. §. 1. de A. R. D. cum similib. restringit, facit praeter Donell. Wesemb. in π. n. 3. h. r. & videtur utiq; hoc oppositio rerum communium & publicarum flagitare, & vix concedendum est peregrinos in flumine publico, in salutato, nedium invito populo illo navigasse, piscatos fuisse, naves adpulisse, quin & hinc vectigalium exactio nata videtur, quam postmodum PP., ut & alia jura cum sibi vindicaverint, ab iis quoque, qui è populo suo navigant, vectigal exigere cœperunt. conf. Besold. tr. de jure & division. rer. cap. 2. n. 10. Vbi ostendit, quatenus ex jure proprietatis populus, vel princeps usum fluminis moderari & sus stapularum & vectigalium possit erigere. An autem propter usum hunc fluminis publicum*

liceat etiam molendina in fluminibus extruere, Q. Disting. com-  
 mun: inter navigabilia, in quibus id suo jure privatus nequeat &  
 non navigabilia, in quibus id licere affirmant. *Harprecht. ad §. 2. Inst.*  
*h. n. 11. dummodò non obsit usui communi. Hering. de Molend. q. 14.*  
*n. 21. & 29. & q. 15. per tot.* Nobis rei ipsius, hoc est, fluminum condi-  
 tione mutatâ, ipsa etiâ quæstio juxta mutationem hanc definienda  
 videtur; ut in fluminibus quidem publicis, nil tale sine venia Prin-  
 cipis seu Magistratus liceat, tùm quia ea hodie de Regalibus sunt,  
 uti dictum: tùm quia & olim usus fluminum publicus in naviga-  
 tione & piscatione tantùm, non etiam in ædificatione ejusmodi  
 describitur §. 2. h. l. *Nemo 4. & l. Riparum 5. h. Diss. Daniel Orto de iure*  
*publico. cap. 11. p. 293. qui usum publicum etiam hucusq; procedit. pro quo*  
*facit. d. l. 24. D. de damn. inf. quæ tamen fortè de ædificatione in littoribus*  
*facta, poterit exaudiri.* In privatis autem in den Wâchen vnd frisch-  
 bâchen/ quæ ex fonte capitis privati oriuntur & in commercio pri-  
 vatorum sunt, ac cum territorio venduntur, omninò ædificare mol-  
 lendina liceat. *elegant. in consil. noviss. Matth Wesenb. p. 4. Cqns. 197. per*  
*tot.* (g) Hæ publicæ etiam aliquando dicuntur l. *Inter 17. D. de*  
*V. S. per collationem rerum privatarum d. l. Vsuaptionem 9. D. de Vsu-*  
*captionem. quemadmodum vicissim privatæ l. Eum, qui 16. D. de V. S. re-*  
*spectu populi etiam rerum publicarum; denique res nullius l. sum-*  
*ma l. in fin. pr. h. t. respectu singulorum municipum, qui per se non*  
*possident. l. Possessio. 1. §. Municipis. fin. D. de Acquir. vel mitt. poss. di-*  
*cuntur Tim. Faber. disp. 12. §. 3. eaque vel ad fiscum civitatis pertinent:*  
*(aliud de rebus fiscalibus principis. l. 72. §. 1. de contrah. Coll. Argent.*  
*ih. 33.) ut reditus publici: vel ad civēs, & respiciunt vel voluptatem*  
*maximè, ut theatra §. 6. h. ludi & 6. vel salutem corporis, ut balnea,*  
*vel fortunarum ut, fora stadia §. 6. h. t. Pascua publica: Bacchor. ad §.*  
*Vniversitatis 6. Inst. h. C. A. h. t. 34. Althus. 1. Dicaeolog. 12. (h) Quas*  
*aliter Imper. noster in §. 8. 9. & 10. aliter Canonice definiunt; qui res*  
*sacras & sanctas serè promiscuè sumunt: religiosas vocant Xenodochia,*  
*cameteria & sepulturas. Lancellor. lib. 2. Instit. tit. 18. itemque monasteria*  
*Canis. 2. Inst. 23. De rerum autem sacrarum alienatione cùm quæri-*  
*tur, distingui solet inter res, quæ cultui divino simpliciter seu di-*  
*rectò sunt dedicatæ: & istas, quæ saltem ad ministerii sustentatio-*  
*nem & non simpliciter seu principaliter ad usum divinum sunt de-*  
*putatæ; has quovis casu, modò Ecclesiæ conditio inde melior fiat,*  
*facilius alienari & obligari posse; cum Dd. remur. Istas, v. non nisi*  
*definitis à Jctis causis, nimirum præter tres illas, quas hîc adducit*

Bacchor.

*Bacchov. lib. B. Redemptionis captivorum l. sancimus 21. C. de Sacros. Eccl. Novell. l. 20. c. 10. Famis seu alendorum pauperum. c. aurum l. 2. q. 2. c. gloria. eod. Wesemb. 7. C. de Sacros. Ecclesius, & aris aliens. Auth. Hoc jus porrectum. C. d. r. Quinquam Lancellot. lib. 2. Inst. tit. 3 2. §. neque pro isto substituat casum utilitatis, Consultissimus Dn. D. Ioachim Cluten, Fautor & Patronus multis nominibus honorandus lib. 2. diatr. Novo-Justin. diatr. 9. Harprehic. n. 4. 5. & 6. Cl. Dn. D. Locam. in disp. Novo-Justin. disp. 5. th. 16. aliis etiam de quibus l. 17. §. 1. C. de S. S. Eccles. Ut si urgeat magna necessitas, puta hostilis Impetus R. X. zu Speyr de Anno 1542. §. aber der Kirchen. Vel refectio murorum, in qua bona Ecclesiastica sita sunt necessaria sit. ib. & de Anno 1544. Seu religio id postulet c. Episcopus l. 2. q. 2. veluti ut templum ædificetur aut reliquæ Christianorum sepe- liantur d. c. aurum. quod idem procedit, si ob graves causas cum alia re Ecclesiastica permutetur. Auth. item sibi. C. de SS. Eccles. c. sine exceptione l. 2. q. 2. Redoa de reb. Eccles. non alienan. Tuscus concl. 271. lit. a. (i) Qq. huc pertinentes vide novifs. & eleganter per tractatas ab Amplifs. Dn. D. Finckelhusio tr. de Jure sepulturæ: in illa sanè quaestione, an socius in communem locum purum invito socio possit inferre, quæ Bacchov. h. lit. D. & Finckelhus. th. 20. cum allegat. affirmant. Tréuil. v. hic & post eum Harprecht. ad §. 9. n. 12. h. Besold. de Jure & divis. rerum cap. 5. n. 6. negant. dissidium ex distinctione l. sunt persona 43. D. de Relig. componendum esse videtur: Nam utique si strictam juris rationem (quæ præcipit, ne socius partem socii reddat deteriolem l. in re communi 26. D. de S. V. P. nec re aliter, quam ad definitum & constitutum modum utatur l. item, quamvis 10. §. si usus. 1 D. commun. divid.) sequamur, dicendum erit cum Imper. in §. 9. h. In communem locum purum invito socio mortuum inferre non licere: si autem æquitatem & favorem religionis intueamur: Tum dicemus, si alius locus sepulturæ non suppetat, id socio licere l. 41. inf. D. de Rel. & sumpt. fun. ubi vucula Maximè non tam est ampliativa, quam definitiva & restrictiva. conf. Brisson. in Lexic. consentisferè Hunnius h. q. 2. in f. (k) Ratio nominis generalis est in l. sanctū 8. §. sanctum 1. & l. sacra 9. §. proprie 3. D. de R. D. quæ ad muros & leges applicatur. §. 10. Inst. eod. è quorum textuum collatione apparebit, satis adæquatam esse Imper. ratione in d. §. 10. contr. Bacchov. hic lit. C. videatur ipsemet ad §. sanctæ 10. Inst. h. in fin. quemadmodum nec omnis, qui aliquid leve, reficiendo aut superponendo. l. sacra 9. §. muros 4. h. sed qui enorme aliquid vel dolo malo in muros deliquerit, puta, transcendendo eos, capite puni- tur. l. si quis ult. r. n. ita accipe. d. §. 10. h. r. n. Harprecht. h. n. 19. Utrum autem.*

P  
 autem omnes murorum & portarum violatores eadem poenæ se-  
 veritate afficiendi? Non puto: sed ii tantum, qui animo hostili vel  
 in contemptū civitatis muros vel castra transcendunt. *l. si quis. ult. h.*  
 Quod hīc de muris & castris est dictum, illud etiam in publicis car-  
 ceribus observatur: Nam qui de carcere erupit, sive foribus effra-  
 ctis, sive conspiratione cum cæteris factā, qui in eadem sunt custo-  
 dia, capitis condemnatur. *l. de his 1. D. de Effract. & expil. l. in eos 13. D.*  
*de Custod. & exhibit. reor.* Quod si per negligentiam custodiam eva-  
 serint, levius aliquantō puniuntur. *d. l. 1. Plerumque autem contra*  
*vigiles & custodes est præsumptio. Wesemb. in π. de Effract. & Expilat.*

II. In patrimonio seu bonis singulorum sunt quædam  
 res actu, quædam potentiâ (a) h. e. in ea conditione sunt,  
 ut bonis nostris adiici & adquiri possint; quod fit modis  
 vel Jurisg. vel juris civilis (b) Juregentium acquiruntur res  
 vel corporales vel in corporales: (c) Res corporales præci-  
 puè (d) acquiruntur occupatione & traditione; incor-  
 porales usu & patientiâ. Occupatio vel vera est vel ficta:  
 (e) Vera fit, vel cum violentia, vel sine violentia: Cum vio-  
 lentia occupantur vel res quæ nullius antea fuerunt, ut  
 sunt animalia *ad ἐνοπλοῦς*, vel fuerunt alicujus, qui invitus no-  
 bis eas relinquere cogitur, ut sunt res hostium.

(a) *Bacchov. ad pr. Inst. h. t. arg. l. 1. in versu; res hæreditaria h. t. & vel*  
*jure naturali, sc. potentiâ in bonis sunt, ut lapilli & gemmæ in lit-*  
*tore repertæ, insula in mari nata; feræ bestiar. l. ad eò 7. §. Insula 3. D. de*  
*A. R. D. itemque quæ pro de relicto habentur. l. si res 1. D. Pro de relicto:*  
*vel jure civili, veluti hæreditas jacens. l. 1. h. t. Hottom. ad §. 1. Inst. h. n.*  
*2. inf. Bacchov. ad §. nullius 7. h. t. in fine. (Unde satisfieri potest ipsimet*  
*Bacchov. ib. 1. lit. a. cum primam illam divisionem imperfectionis*  
*arguit, quod feræ bestiar. eâ non contineantur. p. 165.) littoris quidè*  
*non dissimilis natura est, ex parte scil. l. quod in littore 14. D. de A. R. D.*  
*non tamen planè eadem, vel quia tota à singulis occupari non pos-*  
*sunt: vel quia occupatio illa non omnimodò & irrevocabiliter oc-*  
*cupatum occupantis efficit, sicut alia, quæ privati juris sunt: sed*  
*interim saltem dum occupat, dum ædificatū tenet: diruto enim*  
*ædificio locus in pristinam libertatem redit, & rursus cedit occu-*  
*panti. l. præscriptio 45. D. de Vfuscap. sèpè d. l. 14. D. de A. R. D. l. in tantum*  
*6. pr. D. t. n. Bacchov. ad §. 2. instit. h. n. 2. Aliter hæc iterum distinguit idem*  
*ad §. Universitatis sunt 6. instit. t. n. (b) §. singulorum 11. Inst. t. n. §. 6.*

*Instit. de Vsu & habitat. Diff. H. Grotius lib. 2. de jure belli & pacis. c. 8. pr.*  
 qui excepto belli jure, plerosque modos subjectos non rectè ad jus  
 gentium putat referri: sed aut ad jus naturæ pertinere, non quidem  
 ænerum, sed quod introductum jam dominium sequatur, legem a.  
 omnem Civilem antecedit: aut ad ipsum legem Civilem non solius  
 populi Romani, sed multarum circa nationum. (c) Corpora-  
 les quidem propriè §. 41. *ibi. Corporalis res. Inst. h. t.* Incorporales mi-  
 nus propriè, quia Dominia Jure gentium initium capiunt à posses-  
 sione. *l. Possessio. 1. D. de A. Poss. Bacchov. ad d. §. 41. n. 2. h.* Incorporalia  
 autem nec verè traduntur nec possidentur. *l. sequitur 4. §. si viam 27.*  
*D. de Vsu cap. & Vsurp.* Sed est eorum ficta traditio & apprehensio per  
 usum & patientiam: quæ in re eorum quasi possessio consistit. *Idem*  
*ib. Dn. D. Locam. in notis ad §. ult. Instit. de serv. Præd.* Porro res corpora-  
 les (non item incorporales *l. 2. C. de Quadr. præf. Bocer. cl. 4. disp. 1. th. 14.*)  
 aliter etiam dividuntur, nimirum quod vel mobiles sint vel soli seu  
 immobiles: de cujus distinctionis usu v. *Ioh. Hering. tr. de molend. q. 8. n. 5 4*  
 Hæc vel reverà tales sunt, vel per interpretationem, *conf. plenius Hering.*  
*d. loc. q. 8. n. 21.* Horsum referuntur reditus annui. *Clem. exivi. §. cum q.*  
*de V. S.* indistinctè, sive ad longum, sive ad brevius tempus debean-  
 tur. *Besold. in voce Zinsen. Berlich. 1. concl. 20. n. 41.* ut & annuæ præsta-  
 tiones. *per not. ab eod. 1. concl. 81. n. 102.* itemq; pecunia ex venditione  
 immobilium redacta & ad cambium collata. *C. A. h. t. th. 2. conf. Ber-*  
*lich. 3. concl. 41. n. 13.* quoniam ex destinatione res ipsæ æstimantur.  
*Bacchov. 2. disp. 13. th. 4. lit. g. diff. Bocer. cl. 4. disp. 1. th. 11. & 12.* quo perti-  
 nent etiam partes metallicæ, *juxta distinctionem eiusdem 2. concl. 29.*  
*n. 40. C. A. th. 17.* Mobiles sunt vel animatæ, mobiles in specie dictæ:  
 quorsum etiam referunt molendina, tum supernatantia Schiff-  
 mühlen / tum pneumatica, Windmühlen / die man anderswohin  
 setzen kan: *Beust. de matrim. c. 69. diff. Hering. d. q. 8. n. 16. & 26.* quod adifi-  
 cans eâ intentione sit, ut perpetuò molendinum in eod. loco esse velit: & de  
 pneumaticis *n. 40.* quod immobilibus cohæreant: vel animatæ, seu movē-  
 tes aliquando nuncupatæ. *C. A. h. t. th. 49. & 50. Bacchov. ad l. 1. h. infr.*  
 & que alia enarrat *Berlich. 3. concl. 30.* Denique non prætermittenda  
 fuerat divisio notabilis quæ habetur. *in l. rerum 30. pr. de Vsurp. & usuc.*  
 (d) Modi res corporales acquirendi plurimi traduntur: quos ta-  
 mendoctrinæ causâ forsitan non incommodè ad hæc duo capp. re-  
 vocâris: ut dicas, res nobis adquiri vel per solam occupationem no-  
 stram, vel per traditionem alterius. *arg. §. 41. h. nullibi enim tam evi-*  
*dens in h. t. traditur continuatio. Bocer. cl. 4. disp. 3. th. 5. Althusius 1. juruspr.*  
*Rom. 14.* illa sit sine factō domini. Hæc prævio aliquo domini factō.

Wegner disp. Inst. 4. th. 3. lit. a. facit l. 1. §. 1. ubi & insula sub apprehensionis seu occupationis modum refertur. D. de Acquir. vel amit. poss. Hug. Grotius lib. 2. de jure belli & pacis c. 3. aliquid nostrum fieri ait, acquisitione vel originaria vel derivativa: ad illam refert occupationem n. 4. ad hanc traditionem c. 6. quæ sit civilis potius n. 1. quàm naturalis translatio cap. 8. n. 25. (e) Bacchov. ad Treutl. h. & ad §. 15. Inst. h. r.

III. Animalia vel fera sunt vel non fera. Illa simulatq; ab alio capta fuerint (a) juregentium statim illius esse incipiunt. (b) Non feræ, sunt vel cicuratæ, vel naturâ cicures & mansuetæ; illæ tam diu ab alio occupari nequeunt, quàm diu animum revertendi habent: Hæ simpliciter nequeunt sine crimine furti occupari. (c) Quod autem ab hostibus capimus, J. G. statim nostrum fit. (d) Sine vi acquirimus ea, quæ in littore maris invenimus. (e)

(a) Etiam in alieno: nam eum, qui fundum alienum venandi causâ ingressus sit, ante prohibitionem domini, expelli & eiici non posse. arg. l. 25. D. de Actio. empti & venditi. rectè adferit. Niellius disp. 8. th. lit. B. nec qui feram antea vulneratam l. injuriarum 13. §. ult. D. de injur. aut apes in alieno persequitur, à domino impediti potest. arg. l. 2. §. item Varus 2. D. de aq. & aq. pluvi. in fundo 38. D. de R. V. dummodo id fiat sine domini damno. Dn. D. Locam. quæst. Iustinian. 122.

(b) §. 12. h. r. Quod si feræ vicissim à custodia nostra elabantur, amittitur earum dominium. l. Quod enim 3. §. Quicquid a. 2. D. de A. R. D. quod H. Grot. d. lib. 2. c. 8. n. 3. non posse fieri dicit aliter atque si ex probabili conjecturâ ob difficilimam persecutionem eas pro derelictis habere censeamur, præsertim cum internosci, quæ nostræ fuerint, ab aliis non possint: Unde si γρασίομαλα seu crepundia habeant, veluti cervi & accipitres, dominis reddenda esse statuit animalia. (c) De jure venationum; post allegatos à Tr. videri etiam potest Noë Meurer. & Georg. Mor. de Nigromonte & alii rr. pecul. Hodie jus istud Ir. th. 3. Wesenb. & Dd. commun. consuetudine & diuturnâ subditorum patientia dicunt PP. præscripsisse: quod cum post Bacchov. vellicet Frantz. exercit. 4. q. 2. n. 2. quia venatio habile objectû præscriptionis nõ sit, tanquam jus publicum; & causam à superioritate Principis & publicæ utilitatis accersendam arbitrentur: ita fortè temperandum; ut prohibitio jure superioritatis facta initium dederit huic principum juri, per quam prohibitionem cum jus venandi privatum è publico fuerit effectum: idèd tantò facilius potuit

tuit præscribi: Ut aded, licet antea subditi quiritari & sese oppo-  
 nere huic injuriæ potuerint: Hodiè præscriptione PP. fortius de-  
 fendantur: quæ haud dubiè Wefenbecii de A.R.D. n. 7. & eum secuti  
 Tr. h. sententia est. conf. Harpr. ad §. 12. h. n. 90. & seqq. Quanquam n. ju-  
 reg. libera erat hæc venandi licentia, tamen id intelligendum est,  
 tam diu licere, quamdiu lex civilis nulla intercedit & aliud consti-  
 tuit: quã alioquin observari debere, jus ipsum naturæ dicitur. H. Gro-  
 tius lib. 2. de jure belli & Pacis c. 2. n. 5. & c. 8. n. 5. valdè eos falli dicit, qui  
 hac ita putant naturalia, ut mutari nequeant: Germaniaq; populos, cum  
 principibus & regibus bona quadam essent assignanda, unde dignitatem  
 suam sustinerent sapièter existimasse censet, ab illis rebus esse incipiendum,  
 quæ sine damno cujusquam tribui possent, cujusmodi sint res omnes quæ in  
 dominium nullius pervenerint. Planè ad mentem nostram Bocerus clas. 4.  
 disp. 3. th. 18. Quod v. pleriq; omnes idem tam facile prorogant ad jus  
 venandi, in locis propriis & privatis, ut in iis quoque PP. venandi  
 jura subditis adimere & sibi vindicari possint, nobis non tam facile  
 persuadent: à locis enim publicis, Principum quasi propriis. arg. l.  
 3. D. Ne quid in loco publ. ad privata cujusque loca non est idonea illa-  
 ta: per ea quæ in similibus disputat Jac. Schulzes in quest. sing. An Rex vel  
 Princeps privatus jus suum auff. n. 130. Dissent. Dd. comm. apud Gilken ad §.  
 12. n. 27. Harpr. n. 91. hic Schönborn 5. polit. 29. & 2. polit. 28. Sanè si  
 alicui privato jus venandi jure servitutis acquisitum. Gail. 2. obs. 66.  
 aut per investituram constitutum, Noe Meurer, tr. vom Jagt: vnnnd  
 Forstrecht. p. 2. ri. ob eine Obrigkeit jhre Unterthanen fol. 36. Consult.  
 Saxon. p. 4. q. 8. n. 12. Is contra turbantem interdicto uti possidetis,  
 actione confessoriâ. Gail. d. l. n. 13. aliisq; remediis. Gail. de pignor. c. 3.  
 n. 7. Harpr. n. 298. asseri potest, de pœnis eorum, qui contra prohibi-  
 tiones venantur. vid. Harpr. d. loc. n. 304. Heig. 1. q. 15. n. 71. Cunrad. Pin-  
 cter tr. de jurud. c. 4. n. 48. Eos verò aliquando & in primis eo casu,  
 quando quis contra prohibitionem sub pœna capitali factam sæ-  
 pius deprehendetur, ad mortem extendi posse: contr. Treusl. h. th. 3.  
 lit. a. Bacchoy. 16. Franz. exerc. 4. q. 3. asserimus. facit l. Aut facta 16. in fi.  
 D. de Pœnis. l. unic. C. de superex. qui enim principi non obediit, mor-  
 te morietur Deut. 17. n. 12. 1. Regum 14. c. 2. x. de major. & obæd. Heig. 1.  
 q. 15. n. 80. faciunt Edicta Würtembergica ab Harprecho ad §. 13. h. n. 320.  
 re!ata. Quæstionem, an jus hoc servitus sit an Regale? distinguendo  
 definiemus. contr. Bocerum d. l. Nam superioribus tanquam Regale  
 vel Reservatum generaliter dictum: Bacchoy. h. lit. B. Thom. Michael.  
 de jurud. th. 57. lit. a. competit: Inferioribus in alienis concessum cum  
 castro servitutem realem sapit, personalem, quãdo sine eo, soli per-



*Ita dissentientes apud Daniel. Otton. in jure publ. c. 11. fin. conciliare con-*  
*dimur. (d) Quia res hostium non sunt alio loco hostibus, quam*  
*res nullius. l. possessio 1. §. Dominium 1. D. de Acquir. possess. H. Grov. lib. 3.*  
*c. 6. n. 2. & 8. aliud autem in rebus, quæ nostræ fuerunt l. Navibus 2.*  
*& l. si quid bello 28. D. de captiv. & postlim. revers. Bacchov. ad §. 17. h. pr.*  
*distinguendum autem hîc omnînd inter res mobiles & immobiles:*  
*Has objectum occupationis privatæ non esse inter omnes constat.*  
*l. Divus Commodus 31. D. de jure fisci. l. 20. §. 1. de captiv. & postl. rev. Unde*  
*nec prædæ militum cedunt, sed arbitrio belli Principis relinquun-*  
*tur, nisi agros aliquando militibus assignent, Arg. l. 16. de A. R. D. l. 11.*  
*de Eviction. allegati ab Heringo tr. de molendi. q. 8. n. 69. & q. 13. n. 15. & 16.*  
*Res mobiles occupantur vel actu bellico, vel extra illum: Hoc casu,*  
*si subito bello exorto, res aliquæ. l. Fransugam 51. §. & quæ 1. D. de A. R.*  
*D. Imò etiam personæ. l. in bello 12. D. de capt. & postl. revers. reperian-*  
*tur apud nos, occupantium sunt. H. Grotius d. n. 12. (aliter & simplici-*  
*ter ex audit d. l. 15. §. 1. Bacchov. h.) Ubi huc etiam refert spolia hosti in-*  
*dimicatione singulari detracta: itemque ea, quæ in liberis nec im-*  
*peratis excursibus fuerint obtenta. In actu bellico occupatæ non*  
*sunt singulorum, sed belli domini, Grotius d. nu. 21. ex qua occuparet*  
*more etiam & jure Romano prædæ ab hostibus captam regulariter in pu-*  
*blicum fuisse ararium redactam: Gellius 13. N. A. 23. nec obs. quod hic de ac-*  
*quisitione singulorum § 11. & § 17. verb. item h. t. uti in conflictu dicemus.*  
*nisi ex vel diripiendæ militibus, aut in populatione aut post præliû*  
*concedantur, quo casu quemque sibi habuisse, quod occupasse, in*  
*dubium est: ex l. Naturalem 5 § itemq. 7. & l. aded quidem 7. pr. D. de A.*  
*R. D. vel dividanter inter eos, secundum stipendia & merita cujus-*  
*que. arg. l. pen § 1. C. de donat. Grot. n. 17. Damhoud. in pract. Criminal. sub*  
*rubr. de bello n. 9. Dn. D. Locamer. fasc. 19. q. 5. paulò aliter Harpr. ad d. §.*  
*n. 5. ubi inter res mobiles pretiosas vel minus distinguit. (e) Ut sunt*  
*lapilli & gemmæ, de quarum differentiâ v. C. A. de A. R. D. th. 24. in mari*  
*nataæ & in litibus eiectæ, quæ nullius sunt: § h. t. (Hodie quemad-*  
*modum superiores & littora & ipsa maria sibi quodammodo vind-*  
*dicant, per notas supra th. 1. lit. e. plurima hinc fiscus solet decerpere. Heig-*  
*ad d. § n. 5) Quæ si gemmæ aliorum fuerint, & vel deperditæ, vel è*  
*naufragio amissæ fuerint, nequaquam occupanti acquiruntur. § ul-*  
*h. t. perinde ut nec res aliæ in aliis locis inventæ. cap. si quid invenisti*  
*caus. 14. q. 5. Harpr. & alii late ad h. §. & quatenus is, qui rem in viâ pu-*  
*blica vel alio loco inventam retinet vel inficiatur, pro fure habeat,*  
*& puniatur, vide Berlich. 5. concl. 44. n. 1. & seqq. nimirum si civiliter*  
*agatur, pœnâ ordinariâ Bacchov. h. thes. 2. fin. Jure Saxon. in duptum.*

Berl.

*Berl. n. 3. Si criminaliter, extraordinariâ. l. de submersis sub fin. C. de Naufrag.*

IV. Ficta occupatio contingit vel simpliciter, nimirum aut naturâ potissimum vel operâ humanâ, vel mixtim. Illâ accessionem (a) naturalem vocant, hanc industrialem. Naturalis (b) contingit in rebus quidem animatis, foeturâ seu geniturâ animalium. (c) In inanimatis; alluvione, eaq; vel continuâ vel discretâ: (d) Alluvio continua fit vel per incrementum latens; (e) vel per impetum fluminis manifestum: (f) discreta contingit circumlutione & inundatione. Circumlutio vel ex una tantum parte fit, vel ex utraque: hoc accidit, cum flumen Insulam (g) efficit; illud cum alveum mutat & destituit: (h) Inundatio contingit, si flumen alluens & affluens totum agrum occupet. (i)

(a) *Hac prævio, in parte, Bacchov. th. 2. lit. B. & th. 5. lit. a. & ad § item ea 17. Inst. h. Vbi occupationem fictam dicit, quæ fit mediante re, qua dominio nostro jam est subjecta, cui dum aliquid accedit, illud idem quasi mediante re nostrâ occupare videtur. Don. 4. com. 20. Bocer. cl. 4. disp. 4. th. 1.*

(b) hæc sine factio nostro potestate & beneficio rei nobis aliquid adiicit. *Donel. 4. comm. 23. vult. 1. I. R. c. 20. è quo pleræq; omnes Treutlerî theses h. disp. sunt descriptæ. (c) § 19. b. 1. sive quæ bonâ fide aut usufructuario jure possidemus; utrobique enim fœtus noster est: l. in pecudum 28. D. de Usuris. l. Bonæ fidei 48. D. de A. R. D. naturale enim est, ut partus ventrem sequatur, cum viscerum pars esse videatur. l. 2. §. 1. de Ventr. inst. l. 5. § 2. de Rei vind. Disp. Grot. lib. 2. c. 8. num. 18. ubi hoc simpliciter naturale esse negat, cum fetus aquæ vel muli potius patris quam matris portio sit naturaliter. (d) Wegner. disp. 4. th. 4. & quadantenus etiâ Althus. 1. jur. 15. de toto negotio v. Bapt. Aymum. tr. de jure alluv.*

(e) quo per fluminis decursum arena ripis nostris ita adiicitur, ut paulatim coalescat, & per hoc acquiratur §. 20. b. 1. vulgò dicitur ein susst/ oder zuwach: adjectio sc. ejusmodi particularum, quæ cum à nullo possint vindicari, quippe cum unde præcisè veniant, ignoretur, unde æquum videtur eas in dubio potiss. occupanti vel quasi, cedere debere. *conf. H. Grot. d. lib. 2. cap. 8. h. 11. ubi pertinentes huc qq. v. n. 14. & seqq. Accedit æquis ratio, ut à quare incommodum sentio, ab illa etiam commodum in dubio capiam: neq; habet ea subsumptio aliquid absurdum, ut putat Grœtius n. 16. exempla ejusmodi alluvionis referre*

(f) quo per fluminis decursum arena ripis nostris ita adiicitur, ut paulatim coalescat, & per hoc acquiratur §. 20. b. 1. vulgò dicitur ein susst/ oder zuwach: adjectio sc. ejusmodi particularum, quæ cum à nullo possint vindicari, quippe cum unde præcisè veniant, ignoretur, unde æquum videtur eas in dubio potiss. occupanti vel quasi, cedere debere. *conf. H. Grot. d. lib. 2. cap. 8. h. 11. ubi pertinentes huc qq. v. n. 14. & seqq. Accedit æquis ratio, ut à quare incommodum sentio, ab illa etiam commodum in dubio capiam: neq; habet ea subsumptio aliquid absurdum, ut putat Grœtius n. 16. exempla ejusmodi alluvionis referre*

*Hering. de Molendin. q. 10. n. 21.* Enimverò cum per alluvionem simpliciter dominium acquiriti dicatur, rectè *Treutl. th. 5. lit. d.* negare videtur, vel utilem R. V. priori domino competere. Nec obst. quàm *Bacchov. urget l. liden Pomponius §. de arbore 3. D. de R. V.* ea enim de Translatione violenta concepta videtur: *de qua in §. 21. conf. Dn. D. Locam. fasc. 15. q. ult. (f)* Ubi pars fundo alterius detracta non aliter nostra fit, quàm si longo tempore hæserit & radices egerit. v. D. *Besold. in voce Zussuß;* quod jus non habet locum in lacubus & stagnis: nam licet crescant & decrescant, suos tamen retinent terminos. *d. l. 12. de A. R. D. Bocer. disp. 5. cl. 4. th. 7. conf. l. 24. §. 3. de aq. & aq. pluv. ar. (g)* Quæ ripæ instar est: de cujus occupatione est. *§. 22. h. conf. post Bartol. Gryphiander tr. peculiari. Noë Meurer vom Wasserrecht.* Sanè extremitas insulæ privatis non acquiritur integra, sed usu fit publica. *arg. l. ergò 30. §. Celsus 1. l. si epistolam 65. §. si qua 1. & §. labeo 4. D. de A. R. D. Vngepaur. Exercit. 5. q. 7. In Vniversum autem qua de acquisitione ripæ hîc dicuntur, non à jure naturali, sed civili dispositione esse contra nostrates disputat H. Groc. lib. 2. de jure belli & pacis. c. 8. n. 8. & seqq. (h)* de cujus acquisitione *§. 23. cum limitatione ibi adnotata. (i)* Barthol. hunc alveum non naturalem vocat in tr. de alveo. col. 1. versu, naturalis. quæ sanè dominium non mutat *§. 24. h. vulgò in Hollandia vertruncfen Land;* Veruntamen limitat hoc jus *Grotius d. l. n. 20.* si gravissima sit inundatio, neque alia signa sint, quæ retinendi dominiî animum notent; tùm enim facilè præsumi agrum habitum derelictui: velut in Hollandia derelictus habetur, si non alioquin extent signa continuatæ possessionis, ac si aliter nequeat, vel piscando possessio retineatur.

V. Industrialis vel operâ & industriâ humanâ simpliciore nititur, vel in primis artificio insigni. Illa vel in re mobili contingit vel soli. In re mobili contingit vel per earum conjunctionem (a) vel commixtionem. Conjunctio contingit tum in specificatione, (b) tùm in intextura. (c) Commixtio vel est (d) materiæ liquidæ, confusio dicta; (e) vel solidæ, commixtio in specie nuncupata.

(a) Possessionis hîc initium est, corporis ad corpus adjunctio. *Grotius lib. 2. de jure belli & Pacis. c. 8. n. 7. (b)* *Althuf. 1. Jurispr. 15. p. 182.* hîc enim forma materiæ adjungitur: seu accedit humana opera, ut nova species exurgat *§. 25. & 26.* & per introductionem formæ occupari videtur materia aliena. *Bacchov. ad §. cum ex aliena. Inst. h. lit. b.*

*Sutholt.*

*Sutholt. disp. 4. th. 51. dissent. H. Grot. lib. 2. de I. B. & P. c. 8. n. 19. naturaliter hic rem communem fieri dicens, cum res constent materia & forma, tanq. suis partibus. (c) §. 27. h. - (d) Sutholt. d. loc. th. 52. Bacchov. th. 7. lit. b. p. 245. de quibus §. 28. & 29. Bocer. d. disp. 5. th. 43. Nec dubitandum est, confusionem etiam rectè inter acquirendi modos referri: Tim. Faber. disp. 14. th. 5. (e) Vbi distinctionem de materiis separabilibus & inseparabilibus, quam Vlpia. declarat, eris & auri inseparabilitate, erroris arguit Grotius. d. lib. 2. c. 8. n. 21.*

VI. In re soli contingit accessio, vel in superficie, inædificatione; (a) vel in fundo, plantatione & satione: (b) Industrialis accessio, quæ insigni artificio nititur, est in scriptura & pictura: (c) Mixta tandem accessio contingere dicitur, cum & operâ humanâ & naturâ cooperante res nostra efficitur, ut fructus; (d) qui in re immobili vel mobili producuntur: Et hæc de rerum extantium occupatione; sed & abstrusæ reconditæque res aliquando acquiruntur; ut thesaurus. (e)

(a) §. 30. In quæstione an bonæ fidei possessor solvere tignum, ejusq; restitutione defungi possit, affirmant cum Bacchov. contr. Tr. hic recipimus, per ea, quæ addit Tim. Faber. d. disp. 4. th. 10. (b) §. 32. & 33. Dissent. iterum H. Grotius d. lib. 2. c. 8. n. 21. & hic quoque communionem locum habere dicitans; quia perinde ut ex alimento jus quoddam in rem soli domino nascitur; ita quoque domino feminis, plantæ aut arboris jus suum propter traditionem non debeat perire: (c) §. 34. & 35. h. - (d) Quos percipit vel Dn. vel quasi Dn. i. e. bonæ fidei possessor, §. 36. & seqq; Institut. - (e) Quod non apparet, pro eo est, quasi non sit: quare & thesauri naturaliter sūt inventoris. s. ejus, qui loco moverit, apprehenderitque: H. Grotius lib. 2. de jure belli & pacis c. 8. n. 7. quæ de re tota. v. tr. luculentum Ampl. Dn. D. Birschii:

VII. Traditio itid. vel vera (a) vel ficta est; (b) Ficta dirigitur in personam certam vel incertam: In personam certam fit vel cogitatione & constitutione solâ: (c) vel nota aut symbolo: (d) In incertam personam ficta traditio fit, vel per jactationem missilium: (e) vel rem pro derelicto habendo. (f)

(a) Horrom. 1. q. 12. C. A. de A. R. D. th. 50. Bacchov. th. 2. lit. D: Cujas-

*sus 4.O.3. Bacchov. ad §. 41. n. 2. ibi corporalis res h. t. Ad veram tradi-*  
*tionem tria requirit. Treutl. th. 2. potestatem, voluntatem & tradi-*  
*tionem, hoc est factum ipsum seu dationem possessionis. arg. l. 2.*  
*§. 1. l. 3. D. de action. empti. l. 46. 47. D. de V. S. (quomodo explicatus ef-*  
*fugere potest virgulam Bacchovii, qui insubtiliter traditionem ad*  
*traditionem requiri ait. lit. b. conf. C. A. D. de A. R. D. th 54.) adden-*  
*dum autem fuerat in thesi requisitum justæ causæ. l. 31. d. t. Vbi Coll.*  
*Arg. th. 52. Tim. Faber. disp. 14. th. 12. lit. a. quæ non tantum in tradente,*  
*sed & in accipiente desideratur. l. Celsus 27. & l. cum solus 29. & pas-*  
*sim D. de V. S. cap. Cæterum quæ de Jure Saxonico ead. lit. C. adjuncta*  
*sunt, in prima editione non habentur, sed deinceps adnotata sunt:*  
*in quibus facile est hiatum contingere: quod autem dicit eo jure*  
*traditione immobilium coram iudice fieri debere, id intelligendum*  
*de eo iudice, sub quo bona sita sunt. vide sentent. Saxon. G. Beati par-*  
*te 2. tit. 5. cap. 31. aliàs non valebit. idem caput 21. in feudis coram se-*  
*niore feudi fieri potest. idem ibi. cap. 32. ibid. Wann ein Mann sein*  
*Haus / Hoff vñnd huffen Landes vor dem Echen vñnd Zinsheren*  
*auffleßet / vñnd einen damit belehnen lassen will / ist solche vbergabe*  
*nicht weniger / als wann sie vor Gericht geschehen were / gültig.*  
*(b) repræsentata vel imaginaria. l. Qui saxum 6. ibi. quasi traditio. D.*  
*de donation. Cuiac. 11. obs. 19. & 4. obs. 1. Althus. cap. 15. conf. tr. Harpr. ad*  
*§. 41. h. n. 3. & ad §. 44. n. 1. (c) Cùm traditio ex aliâ causâ factâ ad*  
*instans negotium applicatur. §. 44. h. t. quæ brevis manus dicitur.*  
*Althus. d. loc. p. 188. ubi addit consignationem: quæ tamen sub illa*  
*continetur. Harpr. ad d. §. 44. n. 6. (d) § 45. (e) § 36. quam Bac-*  
*chov. ibi traditionem indefinitam vocat: sed hæc elaborare nec*  
*vacat, neclubentia est, cum præteritis diebus de hac materia itid.*  
*in auditorio nostro disputatum sit. (f) Quibus id modis accidat*  
*v. §. 47. vel non. vide §. 48. & ult. Althus. tamen d. loc. in fine, hunc mo-*  
*dum potius ad occupationem pertinere putat, cùm tradentis hic*  
*nulla sit voluntas.*

### C O R O L L A R I A.

1. *Vtrum feripeta, animo venandi sylvam ingressus, possit affici ultimo sup-*  
*plicio, si pœna capitalis in talem non fuerit præstituta. N.*
2. *An res immobiles rectè deponi dicantur. N.*
3. *An soli affirmanti incumbat probatio. N.*
4. *Vtrum Princeps ex plenitudine potestatis suæ res subditis suas possit adi-*  
*mere? Negativa plausibilior.*





**Österreichische Nationalbibliothek**



**+Z168547409**

Digitized by





